195

Mierzwinski — Quietatio

Coram officio et actis praesen[tibus] castren[sibus] capitan[ealibus] Branscen[sibus] per[sonaliter] comparens nobilis Thomas olim Andreae Pierchalski sanus mente et corpore exis[tens] palam recognovit quia nobilem Fabianum olim Stanislai Mierzwinski in Pozucki haeredem de vulneribus sibi per ipsum illatis coram officio praesenti inscriptis tum et processu eo nomine obtento ob praestitam sufficientem satisfactionem quietat emittit ob inductionem vulnerum cum processu cassat perpetuis [temporibus].

Actum in curia Regia Bransk[ensi] Feria sexta in Vigillia Festi sanctorum Simonis et Judae Apostolorum Anno D[omi]ni millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo

Bankowski — Quietatio

Coram officio et actis praesentibus castren[sibus] capitan[ealibus] Branscen[sibus] personaliter comparens nobilis Zacharias filius olim Nestoris Bankowski in Banki Zydranica haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit quia nobilem Hieronimum olim Valentini Bankowski de solutione summae mille Trecentorum Triginta floren[orum] polon[icalium] debiti ipsi coram actis praesentibus inscripti tum et de processu eo nomine obtento ob praestitam sufficien[tem] satisfactionem quietat et liberum facit ac inscriptionem cum processu et toto effectu cassat perpetuis temporibus.

Bankowski — Debitum

Coram officio et actis praesentibus castren[sibus] capitan[ealibus] Branscen[sibus] comparens personaliter nobilis Hieronimus olim Valentini Bankowski in Zydranica haeres sanus mente et corpore exis[tens] palam recognovit se nobili Zachariae olim Hectoris Bankowski et suis posteris septingentos Triginta floren[orum] polon[icalium] debiti certi et liquidi mutuatitiae pecuniae teneri ac debere et pro Festo solemni Penthecosten proxime futuro in anno praesenti pa[rata] pecunia persolvere et in defectu pro tempore praefixo solutionis in crastino eiusdem Festi seu dum et quando eo nomine amicabiliter et officiose requiretur in bonum immedietatem omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in haereditate Zydranica tenuitae se praedicta in areis hortis agris pratis campis silvis gais [illegible] subditis eorum substantia et generaliter omnibus attinentiis ad medietatem bonorum praedictorum nullis exceptis dare et intromittere in dataque et admissa non impedire nec denegare [illegible] tueri et evincere nec per se nec per submissas personas impedire

sub vadio simili videlicet solutionis seu non admissae intromissionis
seu post admissam impeditae possessionis ad solvendum summam bonis
ita feram officio praesenti Castren Branscen. quintina [illegible]
Termino peremptorio renunciare omnibus contrariis exceptionibus
allegando eidem dilationibus infirmitatibus [illegible] et [illegible]
prosequendo aliisque in universum iuris remediis et defensis le-
galibus subsistere mandatum etiam de iure concessis [illegible] absolutis
sub amissione sui et summa successorum totius et integrae causae

Brzoski Gawrony **Demissio**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. comparens
personaliter Nobilis Paulus olim Stanislai Sarzecki sanus mente et cor-
pore existens palam recognovit Quia Nobili Dorotheae filiae olimi Stanislai
[illegible] relictae consorti olim Nobilis Alberti Brzoska et ipsius posteris
obligationem suam terrae immobilibus in bonis Brzoski Gawrony et Stara-
wies sitis sibi per Nobilem Martinum olim Alberti Twarkowski suo
et Nobilium Simonis Valentini Thomae Alberti Joannis filiorum olim
eiusdem Alberti fratrum suorum germanorum in duodecim floren.
polon. inscriptam cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis ac plenaria
ta intromissione possessione tuitione evictione et ligamentis in originali
inscriptione contentis demittit inscriptionem illi ex nunc offere acceptando admittendo

Siedlecki **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. personaliter
comparens Nobilis Augustinus olim Petri Paulus olim Leonar-
di Sieklucki sanus mente et corpore existens palam recogno-
vit Quia Nobilem Nicolaum filium Nobilis Augustini Siedlecki
de vulneribus sibi per eum illatis tum et literis pertinentiis decretis
ex ea causa obtentis ac poenis super ipsis adiudicatis ob praesti-
tam sibi sufficientem satisfactionem quietat emittit et liberum
facit obductionemque vulnerum ac decreta quaevis eo nomine
lata cassat et annihilat perpetuis ac aeternis temporibus.

Sieklucki **Debitum**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransen. Nobilis
personaliter comparens Nobilis Augustinus olim Petri
Siedlecki sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia
Nobili Paulo olim Leonardi Sieklucki et eius posteris tene-
tur eisque debitor certi veri et liquidi debiti [illegible] pecu-
niae summam undecim floren. polon. Quam quidem summam
idem recognoscens submittit se de bonis suis generaliter
omnibus inscribit eidem creditori suo et in eventu mortis illius
legitimis successoribus primo pro festo sancti Adalberti Episcopi
proxime futuro parata pecunia solvere sub vadio simili et [illegible]
officio praesenti Castren. Bransen. peremptoria [illegible]
[illegible] iuris defensis etiam de iure [illegible]